

latitudine addita. Est ergo ad hoc præscriptū Europæ magnitudo lxxxix. xlviij. M. passuum. Africæ (ut media ex omni uarietate prodentium sumatur computatio) efficit longitudo xxxvij. xlviij. M. Latitudo qua colitur, nusquam ccl. M. pass. excedit. Sed quoniam à Cirenaica eius parte d. cccc. M. pass. eâ fecit Agrippa, deserta eius ad Garamantas usq; qua noscebatur, complectens, uniuersam mensuram quæ uenit in computationem xlvi. viij. M. pass. efficit. Asiæ longitudo in confesso est lxiiij. M. d. ccl. M. pass. Latitudo sane cõputetur ab Aethiopico mari Alexãdriam iuxta Nilum sitam, ut per Meroen & Syenen mēsurā currat xviiij. lxxv. M. pass. Apparet ergo Europam paulominus dimidia Asiæ parte maiore esse q̄ Asiā. Eandē altero tanto & sexta parte Africæ ampliorem q̄ Africam. Quod si misceantur oēs summa, liquido patebit Europam totius terræ tertiam esse partem & octauam paulo amplius: Asiā uero quartā & quartamdecimā: Africam autē quintā & insuper sexagesimam. His addemus etiam unam Græcæ inuentio nis sententiam uel exquisitissimā subtilitatis, ut nihil desit in spectando terrarum situ: indicatisq; regionibus noscatur & quæ cuiq; earum societas sit siue cognatio dierum ac noctium, quibusq; iter se pares umbræ & aqua mundi conuexitas: Ergo reddetur hoc etiam, terræque uniuersa in membra cali digeretur. Plura sunt autem hæc segmēta mundi, quæ nostri, circulos appellauere, Græci parallelos.

Digestio terrarum in parallelos & umbras pares.

CAP. XXXIII.

Pincipium habet Indiæ pars uersa ad austrum, Patet usq; Arabiā & rubri maris accolat. Continētur Gedrosi, Persæ, Carmani, Elymæi, Parthyene, Aria, Sufiane, Mesopotamia, Seleucia cognominata Babylonia, Arabia ad Petras usq;, Syriacæle, Pelusiū Aegypti: inferiorq; ora q̄ uocatur Alexãdria, Africæ maritima. Cyrenaica oppida oīa, Thapsus, Hadrumetum, Clupea, Carthago, Utica, utraque Hippo, Numidia, Mauritania utraq;, Atlanticū mare, colūna Herculis. In hoc cali circumplexu æquinoctij die media, umbilicus, quæ gnomonē uocāt, viij. pedes longus, umbrā nō amplius iij. pedes longā reddit. Noctis uero dieiq; longissima spatia horas xiiij. æquinoctiales habent, breuissima ē contrario x. Sequens circulus incipit ab India uergente ad occasum, vadit p̄ medios Parthos, Persepolin, citima Persidis, Arabiā citeriorem, Iudæam, Libani montis accolat, amplectitur Babylonē, Idumæā, Samariam, Hierosolymam, Ascalonem, Ioppen, Casaream, Phœnicen, Ptolemaidem, Sidonem, Tyrum, Berytū, Botryn, Tripolin, Biblum, Antiochiam, Laodiceā, Seleuciam, Ciliciæ maritima, Cyprum, austrinam Cretam, Lilybæū in Sicilia, septentrionalia Africæ & Numidiæ. Umbilicus Aequinoctio xxxv. pedum, umbram xxiiij. pedes longam facit. Dies autem noxq; maxima xiiij. horarum æquinoctialium est, accedēte ijs quinta par-

te unius horæ. Tertius circulus ab Indis Imao proximis oritur. Tendit per Caspias portas Mediæ proximas Cataoniam, Cappadociam, Taurum, Amanum, Issum, Cilicias portas, Solos, Tarsum, Cyprum, Pisidiam, Pamphylia Syden, Lycaoniam, Lyciæ Patarā, Xanthum, Caunum, Rhodum, Coum, Halicarnassum, Gnidum, Dorida, Chium, Delum, Cycladas medias, Gythium, Maleam, Argos, Laconiam, Elin, Olympiam, Messanam Peloponnesi, Syracusas, Catinam, Siciliam mediam, Sardinia austrina, Carteiam, Gades. Gnomonis centum uncia, umbram lxxvij. unciarum faciunt. Longissimus dies est æquinoctialium horarum xiiij. atq; dimidia, cum xxx. parte unius horæ. Quarto subiacent circulo quæ sunt ab altero latere Imai. Cappadociæ austrina, Galatia, Misia, Sardis, Smyrna, Sipylus, Tmolus mōs Lydiæ, Caria, Ionia, Trallis, Colophon, Ephesus, Miletos, Samos, Chios, Icarium mare, Cyclades septentrionales, Athenæ, Megara, Corinthus, Sicyon, Achaia, Patra, Isthmos, Epirus, septentrionalia Sicilia, Narbonensis Gallia exortiuua, Hispania maritima à Carthagine noua, & idē ad occasum. Gnomoni xxi. pedum, respōdent umbræ septemdecim pedum. Longissimus dies habet æquinoctiales horas quatuordecim, & duas tertias unius horæ. Quinto cõtinentur segmento ab introitu Caspij maris, Bactria, Iberia, Armenia, Mysia, Phrygia, Hellepontus, Troas, Tenedus, Abydos, Scepsis, Ilium, Ida mons, Cyzicum, Lampfacum, Sinope, Amisum, Heraclea in Ponto, Paphlagonia, Lemnus, Imbrus, Thassus, Cassandra, Thessalia. Macedonia, Larissa, Amphipolis, Thessalonice, Pella, Edessa, Bercæ, Pharsalia, Carystū, Eubœa, Bœoti, Chalcis, Delphi, Acarnania, Aetolia, Apollonia, Brundisium, Tarentum, Thurij, Locri, Rhegium, Lucani, Neapolis, Puteoli, Tuscum mare, Corsica, Balcares, Hispania media, Gnomoni septē pedes, umbræ sex. Magnitudo diei summa horarum æquinoctialium quindecim. Sexta compræhensio qua continetur urbs Roma, amplectitur Caspias gentes, Caucasum, septentrionalia Armenia, Apolloniam supra Rhyndacū, Nicomediam, Nicæam, Chalcedonem, Byzantium, Lysimachiam, Cherronesum, Melanem sinum, Abderam, Samothraciam, Maroneam, Aenum, Bessicam, Thraciam mediam, Pœoniam, Illyrios, Dyrrhachium, Canusium, Apulie extrema, Campaniam & Hetruriam, Pisas, Lunam, Lucam, Genuam, Liguriam, Antipolin, Massiliam, Narbonem, Tarraconem, Hispaniam Tarraconensem mediam, & inde per Lusitaniam. Gnomoni pedes nouem, umbræ octo. Longissima diei spatia, horarum æquinoctialium quindecim, addita nona parte unius horæ: aut, ut Nigidio placuit, quinta. Septima diuisio ab altera Caspij maris ora incipit: caditq; supra Gallatim, Bosphorum, Borysthenem, Fomos, Thraciæ auersa, Triballos, Illyrici reliqua, Adriaticum mare, Aquileiam, Altinum, Venetiam, Vicetiam, Patavinum, Veronam, Cremonam, Rauennam, Anconam, g ij Picenum